Mildigkeit getreulich zu ihnen ſetzen. Denique * IV. à Curatoribus 12.
hereditatis; nam J. Würt ſi deſtituatur ſuprema voluntas nihilominus
pia legata conſervantur; quæ, deficientibus legitimis heredibus, &, ſi te-
ſtator nullos Commiſſarios ordinavit, per Curat. hered. diſtribui de-
bent. W. Landr. *p. 417.* Nihil tamen repugnavero, ſi quis hos curatores,
quoad talia exequuntur, legitimis executoribus annumeraverit.

Caput IX.
De Officio & Poteſtate Executorum U. V.

NOſtri * nunc ordinis ratio requirit, ut progrediamur ad officium 1.
ac poteſtatem, quam Executores U. V. tenent. Illud * quamvis 2.
ab initio, ut ſupra monuimus, plerumque ſit voluntatis, ut libero arbitrio
acceptari vel repudiari poſſit, poſteaquam tamen ſemel agnitum & ſu-
ſceptum fuit, redditur neceſſitatis, atque Executores ad exequendum &
hoc officio fungendum cogi poterunt. *arg. l. 5. C. de O. & A.* & per plures
alias LL. quas citat J. de Arena *tr. de Commiſſ. num. 27.* Quoad executo-
rem relictis piis conſtitutum textum habemus, ut ait Covarr. *ad c. Ioan-
nes. 19. de teſtam. num. 3.* ſatis celebrem, ex quo frequentiſſimè Juris
utriusque Interpp. id notant *in d. c. 19.* unde id ipſum poſt Abb. Card.
& multos veteres, probat quoque J. Layman. *p. 497. num. 13.* & A. Gyl-
man. *Symph. Suppl. Cam. tom. 1. P. 3. V. 1.* Quod * adeo verum eſſe 3.
Dd. putant, ut teſtator teſtamento efficaciter cavere non poſſit, ne da-
tum executorem cogat is, ad quem cogendi poteſtas & cura pertinet,
quoniam talis diſpoſitio LL. & Canonibus contraria turpitudinem con-
tineret. *c. tua. 11. X. de teſtam.* Sanch. *t. 1. l. 2. c. 2. d. 32. num. 5.* ns. ut
præced. *num. 41.* idem declarat, Epiſcopus in eam diſpoſitionem conſen-
ſiſſet. Quæ * ipſa etiam in hoc Ducatu procedunt. Würt. Landr. *p. 424.* 4.
§. 5. ibi: Da dann einer oder mehr ſolches Ampts jetzt geſetzter Maß ſich
angenommen / oder deſſen zu beladen bewilliget / ſoll ihme ohne ehehaffte
Urſachen ſolches zu verlaſſen / mit nichten geſtattet werden. ubi tamen duæ
occurrunt limitationes: Prima, qn. executor prægnantibus impedimen-
tis urgetur; quorum determinatio judici relinquenda. *arg. l. 1. §. 2. de I.
delib.* Secunda intimatur his verbis: Es wäre dann von dem Teſtirer in
ſeinem letzten Willen verſehen / daß auff den Fall deß ernennten Execu-
torns Verwidern einem andern die Execution auffzutragen. Quis * au- 5.
tem cogere poſſit, hoc explicat Sanch. *l. 4. c. 1. d. 54. num. 1. & ſeq.* ubi
non Epiſcopis tantùm, ſed, & eo, qui juriſdictionem qs. epiſcopalem ha-
bent,